

1463.

Ex originali Archivi Regni

In Castro et Civitate Thucholia flo-
renorum 3000. Hungaricalium in-
scriptio.

213

Kazimirus Dei gratia rex Poloniae Ma-
gnae dux Lithwaniae, Russiae, Prussiae,
que dominus et heres ex. Significa-
mus tenore presentium quibus expe-
dit universis; Postquam castrum et ci-
vitatem nostram Mariemborg in guber-
nationem, dispositionem, et regimen de-
derimus et assignaverimus Magnifi-
co Johanni de Coszelecz Palatino Turi-
wladislaviensi castri dicti in Mariem-
borg necnon Bidgostia Thuchola et Ny-
schewa capitaneo nobis sincere dilecto
cui notabiles et non modicas sum-
mas pecuniarias sibi per nos vige-
re literarum nostrarum inscriptas as-
signatas et Demonstratas remansimus
debitorie obligati, ad quarum summa-
rum solutionem et contentacionem si-
bi Johanni Palatino aut eius legitimis
successoribus tria millia florenorum Hun-
garicalium puri auri et justis ponde-
ris in et super castro et civitate no-
stra Thuchola prefatis in Regno Polo-
niae et terris Pomeraniae sitis inscri-
psimus assignavimus, et Demonstravi-
mus, tenoreque presentium median-
te inscribimus, assignamus, deputamus,
et

et demonstramus. Quod quidem castrum
Thuchola memoratus Johannes De Osze,
lecz Palatinus cum omnibus et singulis
opidis nec non villis, curijs, pcedijs, a-
gris, pratis, campis, graminetis, silvis,
nemoribus, iudagiis, sareptis, virgul-
tis, boris eacrescentijs, venacionibus mel-
lificijs thelonijs, navigijs, fluvijs, flu-
minibus, lacubus, stagnis, piscinis pi-
scaturis, aquis et aquarum Decursibus
molendinis constructis et constru-
endis ac eorum emolimentis et signan-
ter cum omnibus appendijs coheren-
tibus annexis, Jure et Dominio ad di-
ctum castrum Thuchola quomodolibet ab-
antiquo spectantibus, ita late, longe,
et circumferencialiter, prout in suis
limitibus, gradibus et terminis ipsa bo-
na sunt distincta et limitata, et quem-
admodum olim Cruciferi ea tenuerint,
et possederunt eoque modo, ordine et
condicione, quemadmodum alie litere
nostre et inscripciones, nonnullas sum-
mas pecuniarias in se continentes, si-
bi Palatino Johanni per nos date et con-
cesse continent et expriment, habebat,
tenebat et pacifice absque quovis im-
pedimento possidebat tandem, quousque per
nos aut nostros successores Reges Polonie
Dicto Johanni Palatino, aut suis legitti-
mis successoribus, Dicta tria millia flo-
renorum

renorum Hungaricalium integrè et ple-
nariè fuerint reposita et exoluta, quibus
solutis et datis dictum castrum et civi-
tas Thuchota cum opidis et villis ad
ipsum pertinentibus ad nos et nostros
successores revertetur et spectabit pleno
jure. Harum quibus sigillum nostrum
preuentibus est subappensum testimo-
nio literarum. Datum in Convencione
generali Piotrkoviensi feria quarta in
crastino Sancti Pauli conversionis,
Anno Domini, Millesimo, quadringen-
tesimo, sedagesimo tertio.

Relatio Reverendi Patris Domi-
ni Johannis de Brzesze Ju-
ris utriusque Doctoris electi
Cracoviensis, Regni Polonice
Vicecancellarii.

Ta Topia przepisana z originatu
porgaminowego Polui 1703go. dnia
6. Miesiaca Grudnia, od ktorego
pieczce jest odietu.

Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or letter. The text is written in a dark ink on aged, slightly yellowed paper. The script is dense and fills most of the page, with some lines appearing to be part of a list or a series of paragraphs. The handwriting is characteristic of the 17th or 18th century. The text is oriented vertically on the page, which is a common format for certain types of historical documents or letters. The ink is somewhat faded in places, and the paper shows signs of wear and age.